

versus ortum, 3) quatuor anni vicissitudines, dierum noctiumque inæqualitates, 4) planetarum stationes, ac motus iam directos, iam retrogrados explicare. 5) Ex Lunæ circa tellurem, et ambarum circa solem revolutione diversas lunæ phases, atque eclipses tam lunares quam terrestres deducere.

XLVIII. Motus periodicos planetarum et cometarum per vim duplicem, *projectilem* nimirum et *gravitatis universalis* in ratione reciproca duplicata distantiarum proxime agentis explicamus:

XLIX. Focum ergo alterum ellipsium, in quibus planetæ moventur, sol occupat; et licet illorum motus æquabilis haud sit, describunt tamen areas temporibus proportionales, et quadrata temporum periodicorum sunt uti cubi distantiarum mediarum. Hoc ipsum planetæ secundarii circa suos primarios faciunt, servantque memoratas motuum leges.

L. Sunt demum admodum variæ planetarum a sole distantiae, magnitudines, anomaliae actione virium perturbatricium inductæ, de quibus interrogati dicemus.

IN-